

Zibaldone 2.: Benefici e distribuzioni (c. 33. - 71.)

2.1 - conferme dei Benefici, anni 1073. - 1212. (c. 33.-40.).

Ex Catastico Rubeo R.di Cap.li Eccl.iae Cath.lis

Tarvisinae pagina 1

(secondo fascicolo - carta 33.)

Nos Andreas Salomonus Canonicus Tar:nus, ac R.mi D.ni D.ni Francisci S. R. E. Diaconi Cardinalis de Pisanis nuncupati, ac Eccl.iae Tar:nae auct.e Ap.lica perpetui administratoris deputati in Spiritualibus et temporalibus Vicarius Generalis, et Locumtenens.

Universis, et Singulis Christifidelibus praesertim per civitatem et Dioces. Tar:nam ac alias ubilibet constitutis p.ntibus et futuris ad quos p.ntes pervenerint, et quos nosce fuerit opportunum, Salutem in D.no cum indubitata notitia subscriptorum.

Noveritis per litteras Invictissimi, et Feliciss.mi Henrici Regis in forma privilegij confirmationis, et roborationis nonnullorum privilegiorum concessorum Congregationi, et Cap.lo Tar:nae Eccl.iae. Item, sumptum litterarum Felicis recordationis Sanctissimi in Xp.o Patris, et D.ni N.ri D.ni Alexandri divina Providentia Papae Tertij sanum, et integrum, non viciatum, non cancellatum nec in aliqua sui parte suspectum, sed omni prorsus vicio, et suspitione carentem: nec non l.ras felicis Recordationis SS.mi in Xp.o Patris, et D.ni N.ri D.ni Urbani divina providentia Papae Tertij ejus vera Bulla Plumbea cum filis sericeis brunis, croceique coloris, more Romanae Curiae impendens (*sic*) bullatas, sanas, et integras, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, et suspitione carens. Ac etiam privilegium, constitutiones, sive Statuta dictae Eccl.iae emanata per bo. mem. R.mum in Xp.o Patrem, D.num Petrum Paulum Dei gra. E.pum Tar:num, cum consensu R.di Decani, et Canonicorum Tar:nae Eccl.iae subscripta per D.num Rigum, P.m Marci Notarium, et Cancellariae, ac Curiae E.palis Tar:nae Cancellarium. Item l.ras R.mi in Xp.o P.ris D.ni Matthei miseratione divina tituli Sanctae Potentianae S. R. E. Psb.ri Cardinalis Sedunensis, totius Germaniae ac Lombardiae, ac ad quaecumq; Italiae loca Legati Ap.lici ejus vera Bulla cum filis rubeis more suo in penden. bullatas, sanas, et integras, non viciatas, non cancellatas, neq; in aliqua parte sui sus- . . .

(- carta 33. tergo)

suspectas. Nec non l.ras fel. recor. SS.mi in Xp.o P.ris, et D. N.ri D.ni Leonis divina Providentia Papae X.mi ejus veris Bullis Plumbeis cum filis, unam videl. sericeis rubri croceique coloris, et aliam fili Canapi more Romanae Curiae in penden. bullatas, sanas, et integras, non viciatas, non cancellatas, neq; in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio, et suspitione carentes. Item l.ras R.morum D.norum Hieronymi Varalli in Dominio Venetiarum Legati Ap.lici, et Jacobi Pisauri Dei Gra. E.pi Paphnen collectorum, X:marum eorum veris Bullis cum filis rubeis in penden. bullatas, sanas, etc. Nec non alias l.ras praefati R.mi D.ni Hieronymi Varalli legati, et collectoris Ap.lici cum l.ris in forma brevis in eis insertis ejus vera bulla cum filis rubeis in penden. bullatas, sanas, etc. Item l.ras R.mi in Xp.o P.ris D. Antonij miserat. Divina tit. SS. Quatuor coronatorum, S. R. E. Psb.ri Cardinalis. Nec non quatuor Ducales Ill.mi Dominij Venetiarum etc. l.ras videl. Petri Mocenico, Augustissimi Barbadico, et Leonardi Lauredano Ducum Venetiarum etc. eorum veris bullis Plumbeis in penden. bullatas, sanas. etc. Duoq; exempla in materia collationum beneficiorum spectantia R.do Cap.lo tam coram Ill.mo D.nio tractata, quam coram Cl.mo Praetore Tarvisij sigillo S. Marci cujuslibet eorum subtus impressos.

. . .

(a lato, sul margine sinistro) **Ital. Sac.** To. V. col. 516. MLXXIII. pag. 2.

In N.e Sanctae, et Individuae Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex.

Quantum dignitatis est Eccl.ias aedificare, aedificatas ditare, tantum aeternae felicitatis esse speramus ditatas perpetua pace, stabilique jure confirmare, ut¹ quibus gaudere bene partis numquam doleant pejus ammissis. Quapropter omnibus Xp.i Nostrique fidelibus tam futuris, quam p.ntibus, notum esse volumus, Qualiter Nos Patris Nostri Henrici Imperatoris felicis memoriae, ejusque antecessorum sive Regum, seu Imperatorum exempla secuti: Interventu quoque Dilectae Nostrae, Regni, Thronique Nostri Consortis Bertae Reginae, et fidelis Nostri scilicet Adelperi Verzeburgens. E.pi Acelini tar. e.pi, et supplicatione Joannis ejus Praepositi, N.ri Capellani ex parte fratrum legati seu Congregationis² S. Petro jugiter devote servientis, cuncta oblationis, emptionis, commutationis, seu cujuscumque ratae conquisitionis, praedia, vel per illam Marchiam in qualicumque comitatu diffusas, adjacere, terras scilicet capellas³ cum oblationibus, . . . reddi-

(secondo fascicolo - (carta 34.)

redditibus, decimationibus, sive⁴ X.mam: quoque Civitatis totam, quae ad⁵ plebem S. Joannis pertinet et XV. massaricias et XIIIJ Decimales, et molendin., quae omnia Acelinus E.ps pro remedio animae suae usu legaliterq; tradidit, ceteraque omnia mobilia, et immobilia, quae per justam⁶ traditionem, vel chartarum instrum.ta praefatae congregationi ab omnibus diligentibus D.num, vel timentibus collata, et confirmata esse noscuntur et utrique sexus mancipijs, per hoc nostrae institutionis praeceptum confirmamus et imperpetuum possidenda concessimus, . . .

¹ (poco più basso, sul margine sinistro) A forte leg. ut quae rebus gaudent.

(ancora più sotto, sulla parte destra del margine sinistro) V. de Ru. Antiq. Col. 360. D. ubi electio episcopi sui illi adscritur.(?)

² (nota a lato sul margine sinistro) Capitulum Aquilejense Congregatio dicitur in Diplomate Caroli X. Huiusmodi etiam Congregatio in Eccl.a Napolenata (sic) IX. saeculo fuisse constat ex iis, quae de S. Athanasio episcopo Neapolitano quem idibus Iulii passum sub Carolo Calvo, nempe circa an. 875. habes in Martyrologio Romano; doctissimus Mazochius refert in Dissertatione historica de Ecclesia Cathedrali Neapolitana etc.

(segue - ? - sul margine inferiore: senza richiamo) Pippinus Italiae Rex L. 2. apud Muratorium RR. Script. T. I. P. 2. c.118. in generali conventu Episcoporum, Abbatum, et Comitum decretaverat jam A. 802. circiter: "Ut Pontifex ordinet et disponat Ecclesiam suam Canonico ordine, et Sacerdotes suos vel clericos distingat Canonico ordine vivere etc. quibus verbis (subdit Murator ibi.) praecipitur, si quidem recte conicio, cogendos esse ab Episcopis Sacerdotes et Clericos ad communem vitam et habitationem: quia laudabilis mos jam in Ecclesiam Dei investus fuerat, et in dies invalescebat. Hinc autem Canoniorum Collegia originem cepere." D. de la Crose Bibliothecae Univers. T. XI. referens contenta To. III. RR. Germanic., Dissertationis XII. Henrici Theabamii - ? - verba faciens, hanc eius sententiam de origine Cathedralium exponit. Carolum Magnum nempe, affirmat, ut in officio Saxones retineret ad rebellionem pronos, ut Christiana Religione (quasi non id studio Religionis dilatandae fecisse credendum sit) et Litteris imbuerentur curasse. Itaque plures ab eo aedificatas Ecclesias quae Cathedrales nuncuparentur, eo quia Cathedrae Sedentes verbum Dei in iis Doctores explicarent, et liberales Artes, atque linguas Hebream, Graecam, Latinamque docerent. Pastores vero qui illis inserviebant, Canonicos appellatos, ex eo, quod eorum studia in Scripturis Canonicis versabantur. Praepositum, Decanum, Scholasticum, Cantores, alios Officiales in eos fuisse, quibus omnibus praefectus erat Episcopus etc.

³ (sul finire del margine destro) Parochiales, quod argue ex oblationibus et Decimis ad eas pertinentibus.

V. Clericatum Disc. de Benef. 48. n. 47. Nota Comitatus plures in Marchia

⁴ (sul margine superiore) jus percipiendi Decimas, et Primitias, ac funerandi recensent DD. inter iura certe parochialia

V. Clericatum de jurisdict. D. XV. n. 23. Vide 16. c. 1. quaest. 13. c. 1. D. 1. de parochis. C. fin. et de decimis. quoniam.

⁵ (a lato, sul margine destro) V. 99. infra. V. Sent. 1243. c. 49. et 1429. c. 100. infra. V. Acta Capituli An. 1553. 5. Martii 1. NN. fol. 46. A. 1568. 12. X.bris lib. +++ p. 59. 60.

⁶ (a lato, sotto la nota 5) Donatio Capellae cum Xmis unionem importat V. Clericatum de Benef. D. 65 n. 12. etc. V. in Stat. in Tarv. edit. I. I. tract. V. Rub. X. Plebes antiquissimas esse Florentiae, Capellas vere pleres que vel a Langobardis aedificatas, vel ante X. saeculum: notat eruditus Lami. Nov. di Firenze 1762. fol. 52. col. 837. Lupus in cod. col. 475. ad saec. XII. differt.

ea videlicet ratione, ut si incendij, vel alicujus infortunij periculo praedicta congregatio carthas, vel aliquas inscriptiones perdiderit, vel perdere quandoque contigerit, per hoc nostrae confirmationis praeceptum omnia restaurentur, et ipsas res praedicta Congregatio⁷, omnium contradictione remota, potestative teneat, ordinet atque disponat. Praecipientes insuper jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, aut quisq; publicus exactor Massarios, libellarios, cartularios, censatos, servos, et ancillas cujuscumque generis homines super ipsius congregationis terram residentes pignorare, aut injustè aliquid illis agere audeat, neque ad placitum publicum eos venire compellat, sed si quid contentionis super illos inveniatur, ante E.pum, et Praepositum diligenti judicio finiatur, omnium contradictione remota. Res⁸ vero praefatae congregationis dare, vel alienare, aut commutare, vel infra fratres aliquid agere vel ordinare absque⁹ judicio eorum omnium interdiciamus E.po.

Si quis igitur hanc nostrae confirmationis paginam infringere temerario ausu praesumpserit, auri libras mille compositurum se noverit, medietatem Camerae N.rae, medietatem praedictae congregationi: Quod ut verius credatur, et diligentius ab omnibus observetur, hanc Cartam inde conscribi, manuquè propria corroborantes sigilli N.ri impressione jussimus insigniri. - . -
hic signum inferius positum

Dat.m IIII. non. jan. anno Dominicae Incarnationis Millo LXXIIJ. Ind.e XI.a: Anno aut.m ordin.s Do.ni IIII. Henrici XVIIIJ. Regni vero XVIIJ. au.m vercburge.s in Dei nomine felicit.r. - .
Signum D. Henrici. ... Quarti Regis.

(- carta 34. tergo¹⁰)

Alexander E.pus Servus Servorum Dei¹¹,

Dilectis filijs Dodoni Decano Canonicae Tarv.nae ejusque Fratribus, tam p.ntibus quam futuris Canonicè substituendis Imperpetuum.

Quotiens a nobis petitur quod religioni, et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, et petentium desiderij congruum suffragium impartiri: Eapropter Dilecti in D.no filij Vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Eccl.iam vestram, in qua divino mancipati estis obsequio; sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et p.ntis scripti privilegio communivimus: Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona¹² eadem Ecclesia impraesentiarum justè et canonicè possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum, vel principum, collatione fidelium, seu alijs justis modis, . . .

⁷ (a lato, sotto la nota 6) V. Diploma Berengarii I. A. 917. vel 18. ap. Murat. Antiqq. To. III. 197 (?): C. ubi additur clausula "cum consensu Episcopi"

⁸ (a lato, sul margine destro) Vide Bullas et Diplomata quae Muratorius edidit Dissert. LXII. quaeque Episcopis imperant ne Canonicorum suorum Bona distraherent. etc. V. p. 349. (tolle - ? - Dissert. volgari).

Rerum vocabulo Personas etiam contineri notavit Ratherius Veronensis Ep.us Apologet. Spicilegii Titeheriani (?) T. I. pag. 368. I. V. Floriun Dissert. 2. p. 153. e Lettera p. 127. Rerum appellatio-. . .

(continua sullo stesso margine, dopo breve interruzione) . . . apellatione venire etiam incorporalia v. g. contractum, et omnem obligationem notavit Abb. de neg. ju. c. I. omnis pag. 245. I°

⁹ (in margine destro, nell' interruzione) consensu v. Fagnan. de Haeret. cap. ad abolendam To.V. pag. 90 n. 12. (con richiamo, continua sul margine inferiore) Ben. XIV. de Syn. Cap. 9. n. 2. "Superiori tempore (ante X. seculum) dum suam Episcopi iurisdictionem exercebant cum consultu* consensuque Suae Eccl.ae Canonicorum, quemadmodum loquitur Joannes VIII. in quodam Privilegio Pictaviensi Eccl.ae concesso, nulla erat occasio Canonicis, propter quam a Summo Pontifice eiusmodi Privilegia peterent, quibus ab Ep.orum iurisdictione immunes fierent. Vide Thomas. de Ben. P. I. lib. 3. cap. 33. n. 10. et Cap. 41. n. 8.

* (il richiamo è nella seconda nota 9) V. infra pag. 111 -2 - 3.

¹⁰ (in margine, a sinistra) MCLXXXI pag. 2 t.o 19. Lug.io A. 1181.

¹¹ (in margine, a destra) Alexandri III. An. XXII.

¹² (sotto la precedente nota 10, in margine sinistro) Jurisdictio est Bonum Ecclesiasticum. Gibert. Corpus J. Can. De Ecclesia. To. 2. pag. 78. lin. ult.

praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus, et illibata permaneant: In quibus haec proprijs duximus vocabulis¹³. Eccl.iam S. Michaelis de Melma¹⁴ cum villa, et molendinis, mansos de Lugugnano, mansos de scura, mansos de rivarotta, mansos de Casale, mansos de Burbilago, mansos de Scaltanigo, mansos de Podenzago, mansos de Cancellada, Eccl.iam S. Andraeae de Silvarosa¹⁵ cum villa, mansos de Vedelago, mansos de Monte belluna, mansos de Montel, mansos de Malzago, mansos de Petrarubea, mansos de Fener, mansos de Auno, mansos de Malzagello, mansos de Paderno, possessiones de Ponzano, Eccl.iam S. Pelagij¹⁶ de aurine cum mansis ipsius Villae, Eccl.iam S. Bonae cum molendinis, Mansos de Cormelino, Mansos de Quinto, mansos de S. Christina, Eccl.iam S. Mariae de Prato ganzol¹⁷ cum mansis ipsius villae, mansos de Per, Eccl.iam S. Vitalis¹⁸ cum mansis ipsius Villae, Eccl.iam S. Gervasij¹⁹ cum Mansis ipsius Villae, mansos de Canizano, mansos de Gel cum nemore, Possessiones de Bassano, et de Romano, et de Tor, mansos de Asylo, mansos de Braida²⁰, Quicquid habetis Mestre, Eccl.ias, quas habetis infra Civitatem²¹, videlicet S. Joannis Bapt. ae^{22 23}, S. Bartholomaei²⁴, S. Andraeae²⁵, S. Jo: de Ripa²⁶, et Eccl.iam S. Sophiae²⁷ sitam extra muros Civitatis Tar. nae, Possessiones, quas habetis in Civitate, et X. mas, quas habetis circa ipsam civitatem: Sane quoniam per quosdam²⁸ praepositos, qui curam bonorum Canonicae Vestrae gerebant, usque adeo distrahebantur bona praedicta, . . . quod

(*secondo fascicolo - carta 35.*)

quod vix poteratis, ex eis congruè substentari ad tantum incomodum removendum cum venerabili Fratre nostro Conrado E. po V. ro communiter statuistis, ut unus ex vobis annis singulis assumatur, qui vice praepositi ad commodum vestrum ejusdem Canonicae bona dispenset: Nos vestris postulationibus annuentes, constitutionem ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit praefatam Eccl.iam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre vel oblatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, . . .

¹³ (*sotto la precedente, stesso margine*) inter bona et possessiones Eccl.iae Tarvisinae recensentur eccl. e subiectae: quid ni ergo dicentur unitae!

¹⁴ (*a lato, a sinistra*) 9. S. Michaelis de Melma.

¹⁵ (*sotto*) 16. S. Andraeae de Sylvarosa

¹⁶ (*sotto, a seguire*) 8. S. Pelagii

¹⁷ (*sotto*) 10. S. Mariae de Prato ganzol

¹⁸ (*più sotto*) 13.. S. Vitalis

¹⁹ (*sotto*) 12. S. Gervasii

²⁰ (*a destra, sul margine, è riportato l'elenco delle proprietà*) 1. Melma 2. Lugugnano 3. Scura 4. Rivarotta 5. Casale 6. Burbilago 7. Scaltanigo 8. Podenzago 9. Cancellada 10. Silvarosa 11. Vedelago 12. M. Belluna 13. Montel 14. Malzago 15. Petrarubea 16. Fener 17. Auno 18. Malzagello 19. Paderno 20. Ponzano 21. S. Pelagii 22. S. Bonae 23. Cornelino 24. Quinto 25. S. Christina 26. Prato ganzol 27. S. Vitalis 28. S. Gervasii 29. Gelo 30. Bassano 31. Romano 32. Tor 33. Asilo 34. Braida 35. Mestre

(*a destra, in fine margine destro*) 36. Decimas circa Civitatem

²¹ (*a lato, margine destro*) Possessiones in Civitate et X. mas circa Civitatem.

(*forse continua alla fine del margine inferiore*) ibi. etiam Vide fol. 31. 12. Xmar. m Sententia Consulm Tarvisii adiudicatas Capitulo An. 1203. D. ex. Madio.

²² (*a lato, sul margine destro*) Huius Plebis antiquae uniomi minime obstat, quod ea rursus unita fuerit Sacristiae a Clem XII. Nam et Eccl.iam S. Mariae in Catharina, licet in Bullis suo Capitulo Vaticano datis inter eas recensetur, quae Canonicorum usibus et substentationi fuerant a Summis Pontificibus destinatae (V. Bullar. Vatic. T. I. p. 57. et 69.); applicavit Sacristiae eiusdem Basiliacae Vaticanae, Innoc. VIII. V. T. 2. p. 1 – 57.

²³ (*a lato, in margine destro*) 2. S. Jo: Baptistae

²⁴ (*stesso lato, subito sotto*) 5. S. Bartholomaei

²⁵ (*a seguire*) 4. S. Andraeae

²⁶ (*subito sotto*) 3. S. Jo. de Ripa

²⁷ (*di seguito, sotto*) 6. S. Sophiae

²⁸ (*sul margine inferiore*) in lib. A. Max. Arch. Capl. is c. 91. n. 3. Habetur instrumentum anni 1172. 21. X. bris in quo "Testes interfuerunt Jacobus Tar. Eccl.iae Decanus, Drudus Tar. Eccl.iae Praepositus, pr. s Tar. s Mag. r Dondo, Magister Fragmentus, Otto Capellanus, Oto de Rachisio etc." V. Privilegium alterum Alex. III. infra.

sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, ac substentatione concessa sunt usis omnimodis profutura

Salva Sedis Ap.licae auct.e, et E.pi V.ri debita reverentia²⁹: si qua igitur in futurum Ecclesiastica, Saecularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonitu, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisq; sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore, et Sanguine Dei, et D.ni Redemptoris N.ri Jesu Xp.i aliena fiat, atque in extremo examine divinae ultioni subjaceat:

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax D.ni N.ri Jesu Xp.i, Quatenus, et hic fructum bonae actionis percipiant, et Apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant: Amen.

- + Ego Stf. Pb.r Cardinalis tt.Sc.ae Susannae ss. sigillo di PP. Alessandro III³⁰
- + Ego Ard. Pb.r Cardinalis tt. Sc.ae Crucis in hirl.ms ss.
- + Ego Laborans Pb.r Cardinalis S.tae Mariae Transtiberim tt. Calixti ss.

Dat.m Viterbij per manum Alberti S.tae R. E. pb.i Cardinalis et Cancellarij XIII Kal. Aug.ti.
Ind:e XIII. Incarnat: D.nicae Anno MCLXXXI.
Pontificatus Vero D.ni Alexandri PP. III Anno XXII.

- Ego Alexander Cath.cae Eccl.iae E.ps ss.
- + Ego Paulus Prenestinus E.ps ss.

sigillo notarile

(- carta 35. tergo.)

- + Ego Jacobus S.tae Mariae in Cosmidm Diaconus Cardinalis ss.
 - + Ego Joannes Diaconus Cardinalis S.ti Angeli ss.
 - + Ego Matheus S.tae Mariae Novae Diaconus Cardinalis ss.
- Anno Domini Mill.o Ducentes.o XII. Ind:e XV. . . .

²⁹ (*una lunga nota occupa l'intero margine destro*) reservatio reverentiae de Ordinario arguit in caeteris exemptionem Rota coram Seraphino D. MXXV. n. 18. 19. 20.

V. Fagnan in a. lib. Primum Decretal. de major. et obedientia, Cap. his quae n. 8. Nota aliud esse obedientiam, aliud reverentiam etc. p. 618. V. infra in Privilegio Lucii III "Sed, et praeter Monasteria, simplices etiam Ecclesiae, sive sacrae Aedes olim numerabantur, et quidem non paucae, quae salva Episcopi Catholici reverentia, hoc est intacto jure Episcopi in consecratione Clericorum, Altarium, et Ecclesiarum, et Sacramentorum usu, in temporalibus subiiciebantur uni Sedi Apostolicae, ac pro eiusmodi Privilegio ad annum eidem censum reddendum obligabantur etc". Muratorius Antiqu. Italic. med.aevi To. VI. col. 825.

Nota. Can.cis Vicetinis Innocentius PP. III. Privilegium indulsit A. 1206. 6. Maii, et Capitul. Vicent. sub B. Petri et sua Protectione suscipit, salva Pontif. et Dioeces. Epis.pi auctoritate. Sed et Vide Fagnan. de off. Ord. Cap. Conquerente. n. 14. To. I. p. 587.

Nota insuper: Ecclesiam exemptam debere Ep.o reverentiam. Jo: Ancil. in cap. Cum venerabilis, de censibus. IJo: de Imola in l. alia D. eleganter ff. 50. ma. facit c. pastoralis de do. I. fi. C. de 80. lib. in Privilegio, quod Lucius III. Pontifex Max. Rainaldo Jserniensi Ep.o et Successoribus fecit an.1179 hanc ipsam habes clusulan "Salva Apostolicae Sedis Auctoritate: et Capuoni Episcopi (Metropolitae) debita reverentia".

Item in Diplomate pro Bulla Ecclesia eius Lucii PP. III. apud Ughell. To. V. Col. 155. A.

³⁰ (*nota sul margine inferiore, senza richiamo*) "Mori il gran Pontefice Alessandro (III°) li 20 Settembre nell'anno 1181. etc.

Nella qual cosa, per dar anco noi qualche lume, diremo che viveva egli sicuramente nelli 19. Luglio 1181. il che abbiamo di certo conosciuto da un suo Privilegio, dato in esso tempo in Viterbo, a favore delli Canonici di Trevigi, da noi veduto, ch'è uno delli testimoni prodotti in giudicio: per mezzo de' quali 'l Capitolo di quella Città in contraddittorio l'anno passato col suo Vescovo, è stato conservato nella sua antica libertà e giurisdizione. Ci pare di portarne li nomi degli ivi sottoscritti Cardinali, a compita chiarezza dell'Historia. Li quali sono li seguenti etc."

Venuta a Venezia di Papa Alessandro etc. comprobata da d. Fortunato Olmo Casinese, che indirizza quest'opra alla Repub. veneta con Lettera data li 25. Marzo 1629. in 4. pag. 911.

Ego Jordanus Sacri Palatij Notarius, hoc Privilegium D.ni Alexandri PP. Tertij sub bulla bullatum, nil addens, vel minuens, quod s.ntiam mutet bona fide, et sine fraude, secundum, quod in eum inveni exemplavi, et signo meo corroboravi³¹. - .

Lucius Episcopus³² Servus servorum Dei³³,

Dilectis filijs, Oberto Decano Eccl.iae S. Petri Tar.nae, ejusque Fratribus, tam p.ntibus, quam futuris canonice substituendis jmperpetuum.

Piae postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, ut et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat: Eapropter dilecti in D.no Filij, vestris justis postulationibus clementer annuimus et ad exemplar Patrum, et Predecessorum nostrorum faelicis Recordationis Eugenij, et Alexandri PP.m praefatam Eccl.iam S. Petri, in qua divino estis obsequio mancipati, sub Baeti Petri, et Pauli nostra protectione suscipimus, et p.ntis scripti Privilegio communimus; communem vero vitam, quam in eadem Eccl.ia observare promisistis, Sedis Ap.licae auc.te firmamus, et ne cuique vestrum post factam promissionem nisi optentu religionis retro abire liceat prohibemus, et si quis hoc attentare praesumpserit, ejusdem Eccl.iae Beneficio privetur, nec aliquis, nisi qui hanc communem vitam se observaturum promiserit, in eadem Eccl.ia de caetero Canonicus instituitur.

Statuentes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona³⁴ eadem Eccl.ia jmpraesentiarum justè, et Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione³⁵ Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant. In quibus haec proprijs duximus exprimenda vocabulis, X.mas, oblationes³⁶, primitias, sepulturas, et subsecti- . . . -ones

(*secondo fascicolo - carta 36.*)

-ones Capellanorum, et Clericorum in eadem Civitate commorantium, sicut eas quiete, et Canonice hactenus possedistis³⁷, Eccl.iam S. Nicolai quae est sita in Claustro vestro cum pertinentijs suis, Eccl.iam S. Joannis Bap.tae, Eccl.iam S. Joannis de ripa cum pertinentijs suis, Eccl.iam S. Batholomaei cum pertinentijs suis, Eccl.iam S. Sophiae, quae est extra muros Civitatis, cum pertinentijs suis, Terras, quas habetis in Civitate Tarvisij aedificatas, et inaedificatas, clausuram, quam habetis juxta fossas ejusdem civitatis³⁸, et terras, quas habetis in Cillarino, . . .

³¹ (*a lato sinistro, in margine*) Membranam huius exempli autographam reperi ego Rambaldus c. Anno 1746. inter privatas parietes cuius . . . Nobilis Civis nostri, et in Archivo reposui.

³² (*a lato sinistro, in margine*) MCLXXXIV 1. Oct. pag. 3. t.o

³³ (*a lato, a destra*) Lucii III. An. IV.

³⁴ (*a lato, a sinistra*) h. e. iura et privilegia: nam et subiectiones capellanorum, et clericorum, infra exprimit.

³⁵ (*sotto la precedente e sul margine inferiore*) Diploma igitur Henrici, quo Capituli exemptio aut statuitur aut firmatur, ratum habent Pontifices huc et in caeteris Bullis Canonicorum nostrorum gratia datis; et sic immemorabili consuetudini, qua Capituli iurisdictiones inniti duntaxat putantur, accedunt tituli et privilegia ecclesiastica, cum quicquid ei Principes, aut Ep.i elargiti sunt, confirmet Papa.

³⁶ (*ancora sotto, in margine inferiore*) oblationes in Missis maxime Defunctorum diu obtinuerunt.

V. Statuta Tarvis. Civit. 1231. pag. 178. t.o V. infra p. 187. Cangius in Glossar. v. Capella, n. 6. "Capella postmodum dicta . . . quae non erat Baptismalis". Ioannes de Janua: Capella, parva Ecclesia, quae non habet baptisterium, nec Coemeterium.

³⁷ (*sul margine inferiore*) Nota: in recensendis Ecclesijs Capitulo spectantibus Pontificia haec Diplomata de S. Agnetis Ecclesia tacent, eo quod Tiso Canonicus Tarvisinus illius Patronus ex fundatione, Ecclesiam ipsam Sc.ae Agnetis Elemosinarum iure et honore Capitulo suo tradidit: hicque obiit Anno D.ni M^oCCX. Indict. XIII. uti notatum est in Necrologio Eccl.iae Tarvis. ad diem XVI. Kal. Septemb.

(*in margine destro*) 1. S. Nicolai 2. S. Jo. Baptistae 3. S. Jo. de Ripa 5. S. Bartholomaei 6. S. Sophiae 7. S. Bonae 14. S. Mariae de Fontanis 8. S. Pelagii 9. S. Michaelis de Melma 10. S. Mariae de pratogalzo 11. S. Angeli 12. S. Gervasii 13. S. Vitalis. . . .

³⁸ (*sul margine sinistro, un lungo elenco di queste terre*) Terras in Civit. aedif. et inaedif., Clausar. jux. fossas Civit. . . .

et in Brentina, mansos, et terras, quas habetis in spaunian.e, et in Maltrico, ut Ursinico, et Bauliaco, mansos, quos habetis in Castaniola, mansos, quos habetis in Malsago, et in postom., in Musan. Eccl.iam S. Bonae cum pertinentiis suis, et Molendinis, Eccl.iam S. Mariae de Fontanis, cum pertinentijs suis, et terram, quam habetis juxta sedimen Pelagium de Spineta, mansos, quos habetis in Lanzanigo, et Braida, et Macerada, et luvadina, Eccl.iam S. Pelagij de aurinis cum pertinentijs suis, et Mansos, quos habetis in eodem loco, et Terras, et X.mas, quas habetis in Ponzano, mansos, quos habetis in Paderno, et in villa orba, et ad pedem Montelli, mansos, quos habetis in Storga, in villa pendula, et in salimberu, et locum ad molendinum faciendum, Mansos, quos habetis in Carbonara, villa Melmae, cum Eccl.ia S. Michaelis ejusdem villae, et tredecim rottis molendini cum pertinentijs suis ibidem, mansos quos habetis in Campo storto, et in Lanzago, in Cunfo, et Nerbono, mansos, quos habetis in luviniaco, et in ripa rupta, et in severa, et terras, quas habetis in fuligno, mansos, quos habetis in Dulfon.e villam prati galzoli, Eccl.iam S. Mariae ejusdem villae cum X.mis, et caeteris pertinentijs suis, mansum unum in curte natica; Terras, quas habetis in Mestre aedificatas, et inaedificatas, mansos, quos habetis in Zello, et nemus ibidem, Terram cum viana, quam habetis in Cellarino, mansum unum in Brenul. et unum in canollato, mansos, quos habetis in Burbiliac.o et terras quas habetis in podenzaco, et terras, quas habetis in Scaltinico, et Terras, quas habetis in Carpino, Eccl.iam S. Angeli cum pertinentijs suis, mansum unum in medolantijs, Eccl.iam S. Gervasij cum pertinentijs sui, Eccl.iam S. Vitalis cum pertinentijs suis, et mansos, quos habetis ibidem, mansos, quos habetis in Zero, mansos, . . . quos

(- carta 36. tergo)

quos habetis in Canizano³⁹, et in Reveno, Mansos, quos habetis in Quinto, et in cervaria, Eccl.iam S. Christinae⁴⁰ cum pertinentijs suis, et Mansos quos habetis ibidem, et in Tiverono, Eccl.iam S. Andraeae de Cavasaga, cum pertinentijs suis, mansum unum in puteo bono, mansos, quos habetis in vedelago, mansos, quos habetis in Sylva rotunda, villam silvae rosae, et Eccl.iam S. Andraeae, quae in eadem villa sita est cum pertinentijs suis; mansos, quos habetis in Labiolla, mansos, quos habetis in Bassano, in marman., et Roman. et in Burso, et in Canili, et in Sancta Ilaria, et in ledulis, et in fonte, et in S. Zenone, mansos, quos habetis in asilo, et in Braida⁴¹, et in Maliagello, et in nugareto, mansos, quos habetis in Montebelluna, et in finibus ejus; Terras, quas habetis in Trivinian., et in Casell., et in pusnovo, mansos, quos habetis in Dupladin., et in segusino, et mansum unum in Vipicano, mansos, quos habetis in Petra rubea, et in fenavio, et in lano, mansos, quos habetis in auno, . . .

1. Cilarino. 2. Brentina (*sopra, scrive* Crentina). 3. Spaunian. 4. Malnico. 5. Ursinico. 6. Bauliaco. 7. Castaniola. 8. Malzago. 9. Musano in S. Bona. 10. juxta Pelagium de Spineta. 11. Lanzanico. 12. Braida. 13. Macerata. 14. Luvadina. 15. S. Pelag. 16. Ponzano. 17. Paderno. 18. Villorba. 19. Pes Montelli. 20. Storga et Villapendula. 21. Salimberu. 22. Carunara. 23. Melma. 24. Campostorto. 25. Lanzago. 26. Cunfo. 27. Nerbono. 28. Luviniaco. 29. Ripa rupta. 30. Severa. 31. Fuligno. 32. Dulfon. 33. Pratoganz. 34. Curtis Natica. 35. Mestre. 36. Zelo. 37. Benut. 38. Canolata. 39. Burbiliaco. 40. Podenzanco. 41. Scaltinico. 42. Carpino. 43. S. Angeli. 44. Medolantiis. 45. S. Gervasii. 46. S. Vitalis. 47. Zero.

³⁹ (*in margine sinistro, continua l'elenco della nota 38*) 48. Canizano.

(*riprende in margine destro della stessa carta*) 48. Canizano. 49. Reveno. 50. Quinto. 51. Cervaria. 52. S. Cristina. 52. Tiverono. 53. Cavasaga. 54. Puteobono. 55. Vedelago. 56. Silvarotunda. 57. Silvarosa. 58. Labiolla. 59. Bassano. 60. Marman (*corretto sopra* Marnian). 61. Romano. 62. Burso. 63. Canili. 64. S. Ilaria. 65. Ledulis. 66. Fonte. 67. S. Zenone. 68. Asilo. 69. Braide (*sotto, corretto* Vugaria). 70. Mazagello. 71. Nugareto. 72. Triviniaco. 73. Casellis. 74. Pusnovo. 75. Duplavin. 76. Segusino. 77. Vipicano. 78. PetraLubea. 79. Feranio (*corretto* Fenario). 80. Lano. 81. Auno, et in alii Locis Episc. Feltr. e Bellun. 82. Ciliano. 83. X.mas Eccl.e Tar. 84. Medulo. 85. S. Antonino. S. Marg. di Petrar. 86. Gritina.

⁴⁰ (*sul margine sinistro, continua l'elenco iniziato in nota 38*) . . . 14. S. Christinae. 15. S. Andraeae de Cavasaga. 16. S. Andraeae de Sylvarosa. 17. Plebem de Medulo. 18. Ecclesiam S. Margarite. 19. Eccl.m S. Antolini de Aspa.

⁴¹ (*a lato, a sinistra*) 4.

